



EXIMIIS, DOCTRINA PRÆSTANTIBVS,
 artisq̃ Pharmaceut. cepe-
 ritissimis
 VIRIS

- Dn. Johan-Casparo Sparrn.
- Dn. Johanni Saltwedeln.
- Dn. Johanni Grasern.
- Dn. Jacobo Holzapffelst.
- Dn. Matthiæ Bansen.

Inclytæ Reip. Imperialis Francofurtana Pharmacopœis maxime
 industriis, Amicis suis ac respectivè
 Affinib. dilectis.

Johann. Schröder D. ejusdem
 Reip. Archiater.
 S. P.



Prodit jam partus Pharmacopœiæ meæ secundus,
 quem eo alacrius maturavi, quod cognovi partum
 priorem avidissime susceptum, adeo, ut Exempla-
 ria intra biennium non solum omnino sint distra-
 ta, sed & adhuc undique crebro perquirantur, par-
 tusque secundi editio sollicitè urgeatur. Quare
 ne desim perquirentibus, gratificerque partum se-
 cundum

)o()o(

DEDICATIO

cundum urgentibus, tuētiorem hunc modo communico, syllabisque di-
versis ac synopsis brevissima adornatam. Vobis autem Vni Eximii ac
peritissimi eundem quod consecrem, causa me impulerunt vna. 1. Fa-
vor vester, quem hactenus à vobis expertus sum, nimirum hunc non
possum non reponere reciprocum. 2. Candor quo velia, quæ pro aranis
vendita fuerunt (extr. hu. stis. Hinc gr. titud. inis tessram dare fas fuit.
3. Stimulus, quo ad opus hoc tum divulgandum auctoribus gnavi exti-
tisti, ac postmodum partum hunc secundum monitis vestris, literisque
ea de re hinc inde ad vos transmissis urgere non desististi. His scil. non
parere inhumanum duxi. Prætereo peritiam & dexteritatem vestram
singularem, qua Officinas præ aliis celeberrimas, chymicisq; medicamen-
tis instructissimas fovetis, adeoque Morborum obirectationi occurrere
pollentis. Consecro igitur Vobis partum hunc secundum, quem animo be-
nevolo iri susceptum spero, quod sciam partum priorem ad-
modum arrisisse. His valeat. Dabam è Museo Fran-
cosurti, nundinis vernis Anno 1644.

Errata quæ sensum intricare possent, corri-
gantur sequentia.

Lib. 1. & a. pag. 28. b. 30. lege referēs pulm. 34. a. 25. facultate. 53. b. 7. nocta. l. 13. accere-
gentia. 60. b. l. antep. (his) hu. 72. a. 10. malūr. 92. l. 29. signaturæ quæ in uno. &c.
117. b. 32. Italicā 2 pp. 126. a. 26. Aurantex cortic. 192. b. medietatis 195. a. 33. calcinatio.
15. 150. a. 19. (deleatur) simplicis.

Lib. 3. pag. 17. a. 7. exicca 42. b. 29. destitutum esset. 83. a. 2. quem. 94. b. 6. prodat. 95.
a. 10. effuade b. 21. quib. 114. b. 11. huc refer. 31. circulatam. 118. a. 17. ♀ 122. a. 25. uri b.
21. indito 123. a. 23. anatomia 132. b. 14. exiti 136. a. 5. receptaculum 137. a. 29. (salis lege)
fabuliz 9. b. 3. cōcitate. 140. a. 1. daa. ut fluat. 144. b. 12. additoq; modico 153. b. 11. in calc.

L. b. 4. 5. p. 3. b. 19. ex ab. et. 8. a. 7. exprimitur 16. b. 28. infantib. 25. b. 12. in minuta 16.
(adde) extingendo. 38. a. 6. allevant. 42. a. 15. fruticefcens 43. b. 30. ficos. 82. b. 9. alle-
vand. 101. b. 78. (pulpa lege) pappā 105. b. 25. (& lege) ut. 27. parati 115. a. 15. aspersione
118. a. (ult) inferetur. 151. 27. lictis. 189. a. 13. afferti 193. a. 13. scænanthi. 209. a. 1. quod sit.
231. a. 14. scænanthi 240. a. 23. amara 244. b. 33. quæ sen. 310. b. 10. acid. 323. b. 33. distri-
buitur.

Reliqua primo intuitu corrigibilia benevolo lectori emendanda re-
liquimus.

In Pharmacopœiam
Medico-Chymicam

Joh. Schröderi, Med. D. eximii,

Carmina votiva ab amicis
concinata.

Fossile, Planta, Animal, qui sint adhibenda fugandis
Morbis, fasciculo. Docte Schrödere, doces.
Namque Metallifera hæc quicquid producit alitque
Quicquid & abscondit terra benigna, refert.
Atque adeo lucas noctesque laboribus urges.
Tradas quæ populo, quæ bona grata Deo.
Maeste ergo, maeste ægri perge juvare salutem:
Gratus es hinc ægris: gratus es hinc Medicis.

Sic gratulatur.

Petrus de Spina, Doct.
Phys. Ord. Reip. FF.

AN tandem prodit tua, *in* SCHROEDERE, tot annis
Opiata à tantis, PHARMACOPOEA, viris?
An tandem prodit, qua trux Libuina tenetur,
Qua leviorè Charon cogitur ire rate?
O bene! in humano stabulantia corpore monstra
Nunc digno poterunt liberiore premi.
Nunc quod Arabs, Grævus, Gallusq; Iber. atq; Latini
Continet, hoc uni vis tuo inesse libro.
Perge Machaonia modo sic prodesse palestra,
Aeternum nomen phœbus Apollo dicat.

Cl. Du. Affini sito gratulabundus deproperabat

Ludov. von Hörnigl / V. Juris, Med.
& Phil. D. simulq. Com. Pal. Caf.
& Phys. Ordinar. Francof.

Excel-

Excellentissimo Viro, Medico Experientissimo,
D.D. JOANNI SCHROEDERO,

Amico & Fautori magno.

ECce! Machaonias quicumque fideliter artes
Exercet, studiis amplificatque suis:
Ille mihi gemino condignus honore videtur,
Laurea cui duplex impediaturque caput.
Hoc, Schrödere, facis! Nostram tu perficis Artem,
Ufu, tu scriptis condecorasque bonis.
Ergo mihi geminis venerandus honoribus exis,
Cum duplicique tuus laude triumphus erit.
Perge novis partam scriptis extendere famam!
Non amat ignavos gloria magna viros.
Præmia sunt gnavis, & certa laboribus. Hæc te,
Ut celebri clarus laude ferare, juvent.
Fallor? an ut Medicis jam proderit usibus; auctam
Sic reddet famam, quem dabis, ille liber.
Egregius labor iste tuus? Tu dignus es autor
Quem Medicus, quem nunc Pharmacopœus amet.

Francofurti in Nundinis Autumnal.

M DC XLI.

Novi & elegantis operis Editionem,
cum affectu, congratulabatur

Joh. Petrus Lotichius, D. Medicus,
Acad. Marburg. Prof. P. L.

Encomium Medicinæ Sacrum,

DEus ipse, ait Sirachus,
Medicum creavit; axe
Medicina traxit ortum:
Nebuloque, non honestus
Sapiensque tenuit illam.
Macrocosmus iste totus
Médica officina IOVÆ est;
Chymica officina mundi
Polydadala officina est.

Medicina nota Adamo
Fuit, idque teste Mose;
Quia nomina ipse cunctis
Dedit apta rebus, atque
Medicum fuisse Mosen
Tibi testis arbor, à qua
Aqua amara facta dulcis,
Locus ipse Mara testis,
Medicos sua Josephum.

Habitu

Habuisse constat aula.
Salomonidique Regi
Medicina nota tota,
Medicina tota nota.
Animantia ille cuncta,
Vegetabilesque plantas
Bene novit, annotavit,
Meminitque cuncta ad unguem,
Docuitque cuncta ad hilum.
Medicum fuisse Elisam
Sale facta aqua salubres;
Colocynthides agrestes,
Colocynthides amara
Quia dulcuere, Elisa
Tibi testis est farina,
Medicum fuisse Elaiara
Palatha illa testis; ulcus
Quia sanat Exechia.
Medicum fuisse Paulum
Tibi testis ipse Paulus;
Stomacho hicce languentis
Modico mero medetur.
Medicum fuisse Lucara
Tibi testis iste Paulus.
Genius comes Tobie
Medicus fuit Raphael,

Epigramma ad eundem.

Fossilia & plantas, animalia, denique cuncta
Uso pro Medico digeris & Chymico.
Ut studii immensi est infinitique laboris:
Sic opus immensa hoc utilitatis erit.

Ita censeo, ita auguro

Joann. Sebastianus Blossius, Philos.
& Med. D. Reip. Ulm. Poliat. & P. P.

Oculos patris Tobie
Quia felle piscis ungit
Medicatur atque corde &
Fugat hepate Asmodeum,
Nihil hoc honore majus
Sacra prodidere quicquam;
Nihil hoc honore maius
Quoque continent profana:
Medicum quod Israëlis
Vocat ipse se Iehova:
Medicum quod haudq; Iesus
Dubitat vocare sese.
Nihil hoc honore maius
Sacra prodidere quicquam;
Nihil hoc honore maius
Quoque continent profana.
Tibi gratulor proinde,
Mibi gaudeo, quod edis
Lepidum novum huncce librum,
Medicum novum huncce librum,
Chymicum novum huncce librum, ô!
Cerebellulum Minerva es,
Et es osculum Sunda,
Es Apollinisq; mysa!
Tibi gratulor proinde,
Mibi gaudeo, Ioannes.

Ad Excellentissimum Autorem, Amicum
plurimum honorandum.

TROCHAICI.

D Adale Scrutator indefesse rerum plurium,
Milles formantis ac versantis actus Scenicos
Artis, Orbis cui ministrat cuncta totus largiter,
Morbidis salubritatem quo offeras mortalibus
Unicum quem clamat esse civium gratissimum
Pergamus cum Co, suos post maximos Antistites,
Quem simul suo cupit tenera contubernio
Africa gens Mauria terre, non medentium ultima,
Et simul suo gregi adscribit Senex Aegyptius,
Quemq; Teuto, Gallus, Anglus cum Trionis septima
Subdito, certante voto, deperibant, Finnone.

Docte Vir, Schœdere, quem non tangit incantatio
Seculi abhorrentis illa, Trismegistus qua senex,
Qua vel accuratior recentium aetas addidit
Spagyrum, eruditori dissectandi pharmaca
Arte, melle perge, non de more proletarij
Ordinis medentium, Soli Taricho, caruibus
Postprocul mensam abjici jussis, petentes pascier,
Et bonam artem qui ligant cum circinationibus
Obscia subscudibus rota molarum polline,
Cumq; crateis falsis, farris condisq; alveis.
Hoc enim visu accipis Viri Sophi praconium;
Hoc adempto perstrepis cen naufraga navis leve
Undiquaque aplustre, cantilena Salsgamariumes.

Anton. Boxbarterus D.
Phyf. Ord. Vlm.

E St locus in pratis, qua se Tithonia Conjux
Mane novo roseis explicuit radiis,
Atque ubi se multum Scarabaa propago recepit
Ludere ad apricum Solis, ab axe, jubar.
Lusus erat varius, viridi nec inutilis herba,
Qua solet hoc semper crescere multa loco.

Huc

Huc etiam horrifero sese *Phlegethonis* ab Antro
(Credere quis posset?) Turba ministra tulit,
Prima hic Gorgoneis *Alecto* infecta venenis
Venit, *Tiphone* quam comitata fuit,
Tertia non segnis venit properantibus alis,
Dira *Megara* gravi congeminata malo,
Ventosa incipiunt subito crepitacula linguae
Exerere, & de se non nisi magna loqui,
Gloria prima fuit furiarum, & Gloria summa
De vitis magnum tollere laudis opus,
Quomodo *Myriadas* morborum eduxerit Orco
Qualibet, inque homines fuderit omne malum?
Pestiferam hæc jactat *tabem*, immedicabile damnum,
Hydropem dirum hæc, horriferamque *febrim*,
Horriferam *febrim*, qui morbus ab orbe creato
Corpus in humanum savior usque furit.
His & *Erysipelas*, *Phagedæna*, *Elephantiasis*que,
Atque *dysenteria* fluxus, & *hexis* atrox,
Arthritis, raptæque *Epilepsia* Mentis, & horror
Cordis, *pleuritis*, *caeliacus*que dolor,
Cuncta hæc *Eumenidum* diffusa è pyxide damna
Humanum incipiunt sollicitare genus,
Gloria quam vana hæc, jactantiaque improba multos
Strinxerit, inferni lurida turba probant,
Et *phlegethontæ* gaudent his dotibus undæ:
Gaudete, in nihilum gaudis vestra cadent,
Ille *Beryllæ* tandem miserabile *Tauro*
Mugiat, *Eumenidum* cui fera dona placent,
Tandem ubi jam morbos alios, & plura malorum
Pergebant *Furia* commemorare truces,
Ecce novus subito per apertas *sibilus* auras,
Per nemus & virides sponte susurrat agros,
Anne *volucris* erat? sed cur *fera* cornua frontem
Armabant? *Taurus* non erat, *ales* erat,
Num tibi *cervinæ* sunt cornua cognita frontis?
Hoc etiam huic cernis *cornua* acuta modo,
Hoc monstro viso, *Furias* stupor omnis habebat,

Corrapi-

Corripiunt celerem per nemus omne fugam.
Cervus at elasiu naturæ viribus audax
Cœleste aggreditur nobilis Artis opus.
Humanæ ut consent illustria commoda vitæ.
Corpus & ut possit, mensque valere diu.
Pharmaca componit grata, & Medicamina Divis,
Et quibus è Mundo damna fugare queat.
Corporis è latebris Pestem depellere tentant?
Protinus è venis pestile virus abit.
Sic age, sic *Schœdere* tibi hinc nomenque deusq;
Crescit, & æternum fama superstes erit.
Et verè inceptas *volare per ora visorum,*
Portitor & stygius pauper inopsq; jacet!

Hoc honoris & amoris ergo

Vatum accinit

Johann. Tilemannus, D. & Med.
Prof. Ord. Marburg.

Ad Doctissimum Virum,

Dn. JOHANNEM SCHRŒDERUM,
Medicina Doctorem, fratris
filium.

Ingenii profers dotes, ostendis & artem.
Herbarum Vires tradere quando studes.
Dumq; Metallorum naturas ordine tractas,
Abdita quæ multis multa patere facis.
Hinc poterunt recte varios sanare dolores,
Hinc herbas morbis recte adhibere scient.
Hoc Agnate modo charissime perge, sequentur
Perdulces fructus, præmia, fama, decus.
Non inhonorus eris, non deficiente crumena
Assidua passim dote celebris eris,

Georgius Schröderus, Reip. Salis Vff-
Jenianæ Consul, Authoris
Patruus.

EX scriptis SCHROEDERE tuis, cum vidit Apollo

Ingenii dores, mentis miratus acumen
Dixit. ea æternâ jubeo dignissima cedro;
Quicquid enim occulere alii, hoc ipsum omne revelat.
Naturæque aperit mirâ brevitate recessus.
Conclusumque tenet recto rerum ordine junctim,
Quicquid habent Arabum clarissima lumina, Crinas,
Almansor, Mesues, Avicenna, Salemnia, Zocha,
Quicquid & Hippocrates, Mithridates, quicquid & Hermes,
Quicquid & Eûclides, quid Chiron, quidq; Machaon,
Quicquid & Hartmannus, quicquid Sennertus acutus,
Crollius, ac alii Chymico splendore corulci,
Quorum indefessos est admirata labores
Hoc nostro fecunda parens Germania seclo;
Quicquid habent, inquit, sparsim, congestit in unum.
Atq; suas Lachesi leges indagine mentis
Solerti sanxit, pulsâ formidine fati:
Hæc fando, æterno ditavit marmore nomen,
Ergo mihi vivas nostræ pars altera vitæ
Faucibus ex orci quam tu, SCHROEDERE, reduxti,
Vive tibiq; tuis totumq; viresce per orbem!

*Merita gratitudinis & amoris monu-
mentum posuit Mano-Fran-
cofurti.*

Joannes Guilielmus Hochstatt D. Me-
dicus practicus ibidem.

Ad Clarissimum & Doctissimum

D. JOHANNEM SCHROEDERUM

Medicinæ Doctorem præstantissimum denuo suam
Pharmacopœiam edentem

Anagrammatizata,

I.

Ο Ιωάννης Σχροίδερος,
Αναγραμματικώς:
ἀπὸ τοῦς χάρις ἐπίωσ.

)o()o()o(

Ms)

Nαισι τὸν ἰατρον πολυδρία, ΣΧΡΟΪΔΕΡΕ, εἶναι
 Σὲ τὸδε μαρτυρεῖ, βίβλιον ἀτρικέως,
 Ἐνθων γὰρ, χόρτων καὶ καρπῶν, ἠδὲ μεταλλῶν
 Ἰατροῖς φαίνει φάρμακα πάντα σοφοῖς.
 Δὴν ἔν νοῖς ἔφ' ὦσο χαοῖς, ἠδ' εὐτυχῆ αἰετ,
 Ὅπως ἰᾶσθαι ἀσθενῆ ἀνδρα δύνῃ.

II.

Johannes Schröderus Uffeniensis Medicinæ Doctor.

Ἀναγῆ:

Chare doctis medicis, anne venis? Unius? odore flores.

CHARE vir. & DOCTIS MEDICIS celeberrime Doctor,
 ANNE VENIS clarus Martis & artis ope?
 Mars medicum coluit te quondam: at nobilis ars nunc
 Te laudis titulo nobiliore beat.
 Idque opus hoc medicum probat: En UNIS Ne peritè
 Omnia, quæ medicis sunt meditanda viris?
 Hinc celebris Medicus meritò nunc plaudis & audis.
 Et scripti FLORES hujus ODORE tui.

III.

Johannes Schröderus Uffenianus Medicinæ Doctor.

Ἀναγῆ

En es sicut rosa odora, nunc in medica flores: induo.

EN de rosis dum scribis, atque floribus,
 Schrödere Doctor, ceteris,
ES Literatis omnibus SICUT ROSA
 ODORA in horto florido.
ET NUNC IN arte MEDICA ubiq; nomine
 FLORES tuo clarissimo.
 Sic perge libros scribere, & sic INDUE
 Scriptis tuis doctissimis
 Celebre nomen atq; talem gloriam,
 Quæ apud futuros posteros
 Florebit & tibi virebit splendide,
 Dum terra picta gramine

Virebit,

Virebit, atque floribus vernalibus
Ornabit hortos fertiles.

Johannes Loosherus Florimon-
tanus Pastor Uffeniensis
in Comitatu Lippi-
aco. F.

Herbis; non verbis Medicorum est, pellere morbos.
Verbis; non herbis, stolidorum est, credere corpus
Curandum! ergo abeant, abeant procul atq; faceffant,
Et vetulæ, & lamix, & varium genus impostorum
Vanidicum, indoctum, quos pro Medicamine verba
Protrulisse juvat. credo, Cacodæmone fretos,
Aut Erebi furiis comitatos, pellere morbos
Carminibus Circes tentantes, murmure cantus
Theffalici, orantes Erebonq; Hecatenq; Chaontaque:
Absint, longe absint, procul hinc; procul inde faceffant!
Herbis; non verbis curantur corporis artus:
Herbis; non verbis fiunt medicamina vita:
Herbis; non verbis fiunt unguenta salutis:
Herbis; non verbis redeunt in corpora vires.
Ergo hinc longe abeant, procul hinc; procul inde faceffant.
Verbis; non herbis qui curant corporis artus:
Verbis; non herbis quarunt medicamina vita:
Verbis; non herbis faciunt unguenta salutis:
Verbis; non herbis reparant in pristina vires,
Ergo suis cesset verbis Medicafter Apella!
Clamosus Stentor! cesset furiosus Agyrtes!
Herbis; non verbis cuictis propino salutem!

M. Antonius Iterum, Gymnas.
Francof. p. t. Pr. Prim.

Anagrammatismus.

Joannes Schröderus Medicinæ Doctor.

ERIS COOUS, SIC ORNANTE DEO IN RE MEDICA.

Alter ERIS Schrödere COOUS, SIC nomina reddunt
Scripta probant ORNANTE DEO (quæ gloria major

)o()o()o(2

Esse

Esse potest?) te IN RE MEDICA. Concertet hirundo
Cygno, aut hœdus equo, si conentur tua scripta
Rodere Liver edax, Momusve asinus, sua norint
Crimina fœda prius; quid enim concertet hirundo
Cygnis, aut facere tremulis forte artubus hœdus
Consimile in cursu poterit quam fortis equi vis?

*Pharmacopœam Medico-Chymicam Excellentissimi
& Experientissimi Viri Dn. D. Schrœderi ana-
grammate hoc extemperaneo condecorare lu-
bens & merito volui Francofurti 18. Septemb.
Anno 1641.*

Balthasar Stutenius
Medicus Bilsfeld.

